

EPISTOLA

Chrysoft. Homil. 27. in Matth. tomo 2.

tur si, ut Constantinopolitana Ecclesia aureum illud os dicere solitum, peccato superiorem animam perspexerint, quam si ab homine fuerint eieci) maiorem tamē nunquam patiuntur carnificinam, quā si eos, quos mundanis illecebris ad æternam perniciem irretitos, & excæcos crediderant, cælitus liberatos, saluifico prælucente lumine sacrarum Litterarum studijs religiosè deditos, & in DOMINI Sanctuario cum Prophetis, Euāgelistis, & Apostolis colloquētes deprehenderint; quemadmodum vetus ille Ecclesiæ Doctor Origenes super 12. Exodi, & 33. Numerorū, occasione vindictæ, ut vulgò transfertur, quam Deus in Dæmones exercet, eleganter disse-

Origenes Homil. 27.

loquitur: Hanc ego puto in Dæmones fieri vindictam, cum is qui illis deceptus fuerat ut idola coleret, per Verbum Domini conuersus Dominum colit, & ex ipso opere conuersionis, in eum vindicta qui deceperat, datur. Similiter si is, qui Dæmonibus deceptus fuerat ad fornicandum, conuertatur ad Pudicitiam, diligat Castitatem, errasse se defleat, Pœnitentiæ ipsius lacrymis vratur, &
incen-